

## Recueil des chartes de l'abbaye de Stavelot-Malmedy, 121

Ego Rodulfus abbas de Stabulaus quandam particulam terre de potestate nostra Lennon de manu villici, eo quod pro beneficio teneret, accepi eamque ad prebendam fratrum nostrorum posui; et quoniam indominicata adjudicata est cuidam Heriberto fideli nostro et heredibus ejus pro XII denar. omni anno solvendis, in pleno placito firmavi et, ut ratum sit et inconvulsum, auctoritate legali in perpetuum delegavi. Actum est de ipsa terra que jacet in loco qui dicitur quod denominatum est; et hujusmodi sunt testes : Emino prepositus noster, Thibaldus villicus, et scabini Wibertus, NolduIfus, Emmelinus, Richardus, Englemarus, Fiorioldus, Gerardus, et tota ejus ville potestas.